



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. III. Alterum æternitatis tartareæ tormentum, fletus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Dab. c. 13.
vers. 9.

Cur pluri-
mi in tur-
pissimis
flagitiis
quietâ sta-
tione per-
sistunt.

Hier. c. 13.
vers. 16.

Regula
Christiane
philoso-
phie om-
nibus re-
bus appli-
canda.

Chrysost.
tom. 4. in
epist. 2. ad
Cor. cap. 5.
hom. 9. sine
mibi p. 687.

Hujus erant farina duo nequissimi senes illi, alienæ pudicitia subseffores, Susanna iustices, qui Everterunt sensum suum, & declinaverunt oculos suos, ut non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. Hos lascivus amor adeo in transversum egit, & dementavit, ut conscientiam, voluntatem ac rationem illorum foedæ tenebræ involverint. Sicut autem qui in altâ nocte ruere incipiunt, non vident quâ ratione sistant ruinam: ita illi prout labi cœperunt, sic ad grande nefas prolapsi sunt.

Hinc nemini mirum videatur plurimos in turpissimis flagitiis quietâ statione persistere; caligo mentium illos exercet. Priora vitia diem illis eripuerant, inde jam securi pergunt sceleratâ nocte defensi, Everterunt sensum suum, & declinant oculos suos ne videant cælum. Job pepigit fœdus cum oculis suis, ne virginem aspiciant; illi cum suis ne cælum videant, ab eo forsitan terrendi aut alliciendi ad meliora.

Hoc mentis est tenebris ac fordibus oppleta, quam ideo *Pœna damni* cruciat æquissimè. Noluistis videre Deum; non videbitis æternum. Quapropter Hieremias vates hortatur: *Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebrescat.*

Græcus Ecclesiastes Chrysostomus, nobilissimam totius Christianæ philosophiæ regulam tradit, rebus omnibus sic applicandam: Suave hoc quidem est, sed non immortale. Epulari & cuticulam curare, suave quidem, sed breve. Indulgere genio, & delitiis se dedere, suave, sed non diuturnum. Carnis perulantias sceleris, suave, sed non perpetuum. Abundare divitiis, suave, sed non immortale. Honorari ac laudari passim ab omnibus, suave, sed non æternum. Petere ultionem ex hostibus, suave, sed heu quam non stabile! Stomacho suo vivere, pleraque omnia ex voluntate sua facere; suave ac jucundum, sed heu non sempiternum. At verò divinis obtutibus privari, acerbissimum simul & perpetuum; lugubre nimis & immortale. Ne igitur, inquit Chrysostomus, segnes simus, ut uno momento delitiamur (hoc enim est præsens vita) & infinitorum seculorum accersamus nobis supplicium: sed momento laboremus ut perpetuò coronemur. Videtis quod etiam in secularibus sic plerique homines faciunt, & parvum laborem pro longâ quiete eligunt, tamen si diversum eis eveniat. Nam labor sepe immensus, fructus verò parvus, & sepius ne parvus quidem. Considera agricolam per totum laborantem annum; & sub ipsam finem sapiens excidit spe fructus multorum laborum. Item gubernator ac miles usque ad ultimam ætatem in bellis ac laboribus agit, & sepius uterque moritur, & ille quidem sarcinas divitiarum, hic verò cum victoriâ etiam vitam amittit. Quam igitur habebimus excusationem, in rebus secularibus laboriosa perferentes, ut parvam refocilemur, vel ne parvam quidem spes enim incerta est: in spiritualibus autem contrario modo facientes, & propter parvam ignaviam, ineffabilem poenam nobis accercentes? Ideo oro vos omnes, vel serò ex hoc stupore evigiletis. Nullus enim nos liberabit in illo tempore, non frater, nec pater, nec puer, nec amicus, nec vicinus, nec ullus alius: sed si operibus destituti fuerimus, omnia transibunt, omninoque peribimus.

§. VII.

Rechissimè igitur hortatur Isidorus Pelusiota: In æternitatem tanquam in scopum intenti simus, & prudentiam in dies divinis ora culis acutere debemus. Hoc scilicet unum terreat, hoc soletur unum: Terreat quidem, dum quisque sibi dicat: Perdo Deum hoc vitæ momento: Omnes unâ voluptates, omnia simul bona perdididi, idque æternum. Promereor Dei faciem hoc vitæ punctulo: Gaudium omne, bona simul omnia acquisivi.

Gregorius id affirmans: Omnia etiam retinendo, inquit, relinquitis, si sic temporalia geritis, ut tamen totâ mente ad æterna tendatis. Si cupis, inquit Chrysostomus, his, quæ in Mundo sunt, frui, cælum quære: Si vis etiam præsentia con-sequi: toto illa studio despice.

A Erminigildus juvenis sanctissimus Hispani Regis filius, cum ei pater Levigildus iussisset dici, aut eucharistiam Arriano ritu sumendam, aut moriendum esse. Ille religionis veræ tenacissimus Arriano patri renunciari iussit: Facilem esse jacturam regni, quod diu retineri non posset: illud à se regnum ambiri, quod reges faceret immortales.

Non aliter nobis ratio cinandum: Rebus omnibus quæ à summi Boni aspectu detinent, vale longissimum dicamus. Plurima enim perduntur cum lucro; nec æstimandum est damnum illud, quod fenore pensatur amplissimo.

Cum rex Demetrius Athenas cepisset, Lachares Atheniensis philosophus vultum atramento tinxit, rusticam vestem induit, & calathum multâ fronde opertum tulit. Quâ ratione per portam omnium minimam furcim egressus est. Ut verò Tarentinos equites summo studio inlequentes falleret, equo & ipse confenso, numeros Daricos in viâ velut neglectum sparsit. Hos dum illi studiosius colligerent, ipse in Bæotiam clavis insecutoribus pervenit. Lucrum est, perdere ut luceris, abjicere ut serves. Abjiciamus ergo ut servemus, perdamus ut lucemur. Hoc unum perdere metuamus, æternum Dei aspectum: illudque jam assidue pro se quisque roget: *Ne proicias me à facie tuâ. Tibi dixit cor meum; exquisivi te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Ostende mihi faciem tuam. Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.* Domine, paratus sum omnia, quæ iusseris, aggredi; quæ immiseris, pati; quæ volueris, facere; quæ prohibueris, cavere. Tu modo, Domine, Ne avertas faciem tuam à me. Domine, jam sum in tenebris, jam vilipendar, jam infimis accensear. Tu modo, Domine, Tu modo ne avertas faciem tuam à me. Malum etiam levissimum, si semper duraturum sit, immensum ab æternitate pondus accipit. Quid ergo de malorum omnium malo gravissimo dicendum?

C A P V T III.

Alterum Eternitatis Tartaræ tormentum F L E T V S.

Si vinitor incurius botros in vite jam maturos negligat, ac tum primùm ad torcular deferat exprimendos, cum jam putrescant, vinum effluet tam ignobile & infuave, ut id nulli nec ebrio quidem propinari possit. Lacrymæ piæ, pretiosus liquor, & vinum sanè generosum sunt, vel Angelis propinandum, si temporifundantur.

Bernardus certè asserit, nostras lacrymas Angelorum esse delicias, si tamen eas expresserit vel dolor sanctus, vel amor divinus. Quod si lacrymæ fundantur tempore non suo, aut causâ non laudabili, in vinum acefens & marcidum degenerant; potus miserabilis, nemini profuturus.

Illâ regum monstra Herodes & Antiochus lacrymas fundebant, sed non seras, & nimium seras. Venator Esau, Paulo teste, Non invenit penitentia locum quamquam cum lacrymis inquisisset eam. Vinum ignobile atque fitigens, lacrymæ intemptiva.

Tempus vivendi, tempus flendi est: Qui seminant in lacrymis, in exultatione merent. Eunt ibant & flebant, mitentes semina sua. Hac quidem ratione fragrans Angelorum vinum, aromatites, conditum funditur.

Elephas quandoque noctu triste murmurat, suam velut servitutem deflens. In nocte degimus, dum vivimus, & heu vitis crebro servimus; cur servitutem hanc miserrimam non jure defleamus? Uvas ad vitem putrefcentes negligit, qui cum Petro & Magdalena flere renuit. Seræ nimis sunt lacrymæ in Orbe altero: Hic flendum est, Væ miseris qui domum luctus subeunt æterni: illic

Lacrymæ
piæ sunt
pretiosus
liquor, &
Angelorum
delicia.

Hebr. c. 12.
vers. 17.

Psalm. 125.
vers. 5. & 6.

De damnatorum rogo Caput III.

151

illic quidem incipitur fletus, sed non finitur. Aeternitas perennium pincerna lacrymarum est.

Atque hoc alterum apud inferos supplicium est. **FLETUS**, de quo Servator explicatissime: *Ibi erit fletus, & stridor dentium. Tenebrae oculorum, fletus aurium tormentum est; de illo, capite priori, de isto, capite sequenti nos plura.*

§. I.

Damnatorum lacrymas Christus in divinis suis cōcionibus sapius ingessit, ne memoriā elaberetur maximi doloris testimonium. Hinc illa voces crebrius repetita: *Ibi erit fletus, & stridor dentium. Fletus quidem, inquit Bernardus, ob ignem qui non exstinguitur, stridor vero vermem qui non moritur. Planē fletus ex dolore, stridor dentium ex furore. Fletum nempe tormentorum immunitas, stridorem dentium vehementia ipsa tabescentis invidiae, & obstinata malignitas extorquetur.*

De tempestivo fletu Veritas dixit: ** Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Hic nonnunquam voluptatis est flere: Aeternus illic fletus solatii omnis est expers.* Notum Nafonis illud:

Sedatur lacrymis, egeriturque dolor.

At illic tormenta omnia incrementum a fletu capiunt, perinde ut flamma oleo aut bitumine vegetatur.

Quod si damnati singulis diebus vel unicam solū lacrymulam stillarent, atque hæc unius diei guttulæ cum secuturis ceteris (quod Deo facile) asservarentur, demum ingens lacrymarum Oceanus inundaret, maria omnia superaretur. Verū damnati licet acerbissime plorent ac ejulent, nullas tamen lacrymas fundunt, quemadmodum perficte frontis pueri, qui quamvis acriter a parentibus cadantur, nec unicam tamen lacrymulam exillant; obdurerunt contra plagas: Ita damnati, quorum voluntas est obstinatissima, horrendum quidem vociferantur & exululant, fremunt, rugiunt, ac furunt, sed pias oculorum pluvias non mittunt. Omnes suas caveas confusissimis ejulatibus velut pecudes jam jam jugulanda complent. Ah, qualis musica æternum non sopienda!

Quod Paulus de celestibus deliciis elocutus: *Nec oculis vidit, nec auris audivit &c.* id sanē de damnatorum etiam furioso fletu asserendum: Tam lamentabiles questus, tam horribiles vociferationes, tam terribiles rugitus edunt, ut verissime dici possit, nemo simile quid unquam audivit.

In memoriam, obsecro, revocemus crudelissimos Neronis hortos, in quibus ipse cenare solitus, dum Christiani circum circa suffixi palis, lento igne cremarentur in usum nocturni luminis. Quam lugubres ac miserandi horum ejulatus fuerint: Cogitemus, vel mille solū hujuscemodi crucifixos flammarum medios, & mille alios jam fractis trutibus, rotis implexos etiam nū spirare, & luctuosissimis lamentis cruciatus maximos testari. Quam hæc miserabilis ejulatio? Sed quid mille subiectis ignibus crucifixi, quid mille rotis inserti rei sunt ad tot milles millena millia, ad tot millionum miliones cū damnatorum, tum dæmonum, quorum omnium formidabiles vociferatus, unusquisque ut malum sibi proximum distincte percipiet.

§. II.

Istud Deus sapientissime decrevit, ut quod beatos omnes mirifice oblectabit, ejus contrarium damnatos incredibiliter excruciet. Celestes modulos ac beatorum musicam commendant sapius divina pagina, quippe omnes etiam exteriores sensus suā quisque voluptate perfunditur: sic apud inferos singularissimum erit tormentum, perpetim audire tot centenorū milium horribilissimos mugitus, planctus, rugitus, perinde si meri boves assentur vivi, aut si rabidi canes carinas rumpere luctentur, nec possint.

Quam insuavis est musica, si vicinus atrium canibus plenum habeat, quin noctu assiduus latratibus pervigilis ægroti aures obdunt? Sed o quam dulcis est canina hæc musica! o quam mitis est, & minimè diuturnus hic Orcus, ad flammeos inferorum specus æternis ejulationibus exsonantes!

Ita nimirum amatoriae impuræ cantūcūlæ, ita lascivi moduli, sic carmina saltatoria, & spurca choreumata expiantur; illorum loco *Væ, Væ, Væ* sempiternum insonabit! Damnati Deum divosque, imò & seipsos, omnesque sceleris socios assiduus execrationibus devotebunt: parentem filius, filium parens, matrem filia, hanc mater execrabitur, omnes vitæ dies annosque, & ipsam, quā quisque natus est, horam maledictis onerabit.

Nil æquè tamen sicissimis illis lacrymis defleebunt, Temporis quam turpissimam temporis jacturam: tot optimas horas, tot opportunissimos dies, tot hebdomades ac menses, tot ipsos etiam annos tam otiose tamque turpiter consumpsisse, dolor erit vehementissimus, sed heu nimium serus.

Narrat Petrus Reginaldus, Homini religiosissimo, dum preces funderet, allapsam ad aures vocem lugubrem. Quæsit ille quis esset, quid ploraret, quid peteret? Ad quem vox iterum: Unus ē damnatus sum. Quid Quid lugubre ploras, ajebat alter. Cui denuo vox illa: Ego, damnatusque ceteri nil adeo acerbè deploramus quam vitæ tempus inter flagitia perditum. Eheu, vel horulā unicā impettare licuisset, quod omnis deinceps æternitas negabit.

O dictum verūm, sed heu nimis etiam serum! Hinc optimus plurimorum mos est, singulis horis animum celo attollere ejuscemodi verbis: O Dominus meus, & Deus meus, iterum consumpsi horam, cujus erit reddenda ratio: Miserere mei Deus, nunc & in fine vitæ meæ.

§. III.

Am igitur utilissimè gemimus, jam lacrymæ, si velimus, gemmæ sunt, jam opportunissimè flemus, ne semper gemendum, ne fleendum sit æternum.

Cum Macedonum regi Alexandro, multa de matre scripsisset Antipater, quibus perlectis: Ignorat Antipater, ait rex, unicam matris lacrymam, multarum calumniarum epistolas esse deleturam. Idem ego pænè de noxiis inferorum capitibus dixerim: Damnati suaviter ignorare voluerunt, unicā lacrymulā sed seriā & maturā noxas omnes aboleri posse.

Eam ob causam Bernardus: *Quis, inquit, dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, ut præviam fletibus fletum, & stridorem dentium, & manuum pedumque dura vincula, & pondus catenarum prementium, stringentium, urentium, nec consummentium. Ibi erit fletus. Vilius Matthæi ore hoc quater repetitum: Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores, Ibi erit fletus & stridor dentium. Idem ingeminatur: Et mittent eos in caminum ignis, Ibi erit fletus & stridor dentium. Inter nuptialia gaudia in male vestitum pronuntiatur: Mittite eum in tenebras exteriores, Ibi erit fletus & stridor dentium.*

Non caret fletus solatio, cū mortuus, qui defletur, etiamnum in ædibus est, sed ubi effertur non rediturus, cū in scrobem dejicitur ante judicii diem non emeriturus, hic nimbi lacrymarum fluunt, hic in cessissimum ultimūque Vale dicitur. Sic omnis in Orbe hoc ploratus suum habet solatium. Imò, quemadmodum qui flere se somniant, finito somnio siccas deprehendunt genas, & triste ludibrium mirantur: sic ubi post fallacia vitæ somnia ad æternitatem evigilaverimus, nostras ipsi sterilissimas lacrymas & mirabimur, & damnabimus. Verè somniantium hic planctus est, nam, Ibi, Ibi erit fletus & stridor dentium, idque ob infandos dolores.

Libeat, oro, experimentum ejus rei vel levissimum subinde fumere: digitus ardens sed gracili cereo admo-

veatur per partem horula. Pro quanti quiritatus, ejulationes quante audientur? Totum hominem putabis rogo injectum, cum solum extrema pars digiti uratur. Quid quæso hæc ludicra, hæc pictæ flammule ad gehennam? ibi erit fletus, ibi stridor dentium erit. Fletus ab igne, dentium stridor ab inexplicabili frigore proveniet. Sed & illud hic significatur, damnatos integerrimis semper sensibus pati.

In febrientibus id observare est, in quibus, quia vivacior etiamnum doloris sensus, ideo hoc dentium concussu vim morbi frangendam putant: ita damnati suos cruciatus vivacissimo sensu percipiunt, ideo illos velut mitigaturi, & flere dicuntur & stridere, dentemque in dente fatigare.

Cur damnati jure flebunt.

Jure flebunt, merito ejulabunt, dum enim viverent, coram eis Christus crucifixus toto flebat corpore, & sanguinem membris omnibus efflabat, sed frustra; Tunc Angelus aures illorum monitis obtundebat, sed frustra; cæcites omnes ad meliora provocabant, sed frustra; Deus ipse triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, pluribusque annis clamabat & invitabat ad honestiora, sed frustra omnia. Noluerunt flere brevissimo tempore: fleant igitur omni ævo, fleant æternum. Clamores monentium neglexerunt audire, clament igitur, & non audiantur.

§. IV.

Et nonnunquam, ut viator in montis fastigio videat quosdam, qui in subjectâ ille periculosissimam glaciem tentent transire. Hos ille non tantum videt, sed & periculi monet, ne pergant in præsens ituri exitium. Siquidem non raro rigente brumâ stagnans aqua, vel annis mitissimus sed profundus tenui glacie velut crusta obducitur. In glaciem injectæ nives tutissimum iter viatori mentiuntur.

Huc ubi viarum ignari deferuntur, amnem tacitis meatibus serpentem, & glaciem fallacissimam ingrediuntur, tanquam si solidis campis incederent, periculorum securi. At glacies populi corporum impar vestigium fallere, subito hiatu discedere, & ita mergere incautos.

Hoc ubi in colle futurum prævidet periculi gnarus viator, mox vociferari ab alto & monere, ne illac porro eant, exitio ite proximis; dolosam glaciem declinent, iter aliud flebant.

Fidelissimum hunc clamorem si viatores in valle, aut non audiant, aut contemnant, in suum ipsi properant interitum. Fallit glacies? haurit amnis? frigus perimit? Sibi culpam impudent. Moniti sunt; sed audax temeritas sprexit monita: Suo perit vicio, qui sic perit.

Haud aliter Deus, divique cælestes ab alto clamabant olim, sed etiam nunc clamant: Pallacissima glacies est Voluptas, recedite; fragili superficie decipit oculos, ne fidite; rumpetur subito si audulenta hæc via, ne pergitis, certo submergendi. At illi pro probo risu monita cludentes, in pericula certissima nimis quam animosi securo pede pergebant, in glacie tam infidiosa non tantum viam reperturi, sed etiam choreas ducturi.

Ita ibant, ridebant, jocabantur, saltabant: subito rupit glacies, submersi miseri, heu non amplius emerfuri, sepulti semper, nunquam mortui, nunquam morituri, & tamen morituri semper. Jam lamentantur & plorant: frustra. Non audierunt moniti, jam nec moventes nec flentes audiuntur. Percant, quos tam pertinax pereundi libido tenuit.

Amantissimus Deus satis diu satisque valide clamavit: nemo audiit. Vocavi, ait, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret; despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis; Ego quoque in interitum vestro ridebo.

Christus quamdiu, & quam contentè clamabat?

A Beato Lucâ teste, Ipse iter faciebat per civitates & camp. Luc. cap. 6, stella, prædicans & evangelizans regnum Dei. Er hæc vers. 25, dicens clamabat, qui habet aures audiendi, audiat. Quid obsecro clamabat? *Ve vobis, qui videtis nunc, quia lugebitis & flebitis.* Perinde si dixisset: En, vaticinor, hæc glacies, quam insititæ, faller vestigium; mergemini; breves cachinni fletu finientur nunquam finiendo. Sed furdus cantabatur fabula; jam non furdos cruciant tormenta.

§. V.

Hic monitum instillo saluberrimum. Hoc agamus, cum in miseriâ sumus & adversis premimur, saltem hoc unicum cogitemus: Si miseria hæc duret æternum; si istud semper sentiam, in quantum id exerceat tormentum vel solâ diuturnitate? Ah, vel muscæ, vel culicis punctiuncula, si tamen sit æterna, quam inexplicabilis cruciatus pronuntiabitur? Quis igitur horror exercebit damnatos vel ob unam hanc, sed assiduam cogitationem: Hic ignis æternum ferendus, hic ululatus æternum audiendus, hic fœtor æternum olfaciendus. Atque hinc fletus multo quam amarissimus; hinc horror sempiternus.

Terror, tremor, ejulatus, angor undique opprimit Stygis ergastulos. Quia verò hæc supplicia nullæ annorum centuriæ, non Olympiades, non lustra, non sæcula, nullæ sæculorum myriades exhaustient, rectissime Jobus Sempiternum horrorem nominat.

Ergo subinde nox unica censetur anno longior: quot ergo annos, quot sæcula unus damnatorum annus includet, cujus nullum designare sit momentum, quod non occupet mors æteribilissima. Æternus mœror æternæ mortis comes est.

Narrat Ioannes Climacus, in obeundis monasteriis hominem religiosum à se visum, qui continuis ferè lacrymis mædebat. Hunc ipsum super eâ re placuit interrogare.

Mi frater, aiebat Climacus, quid obsecro causa est, quod adeo uberes tibi sint oculi, ut panem nunquam non aquas stillet? Ille diutule cunctatus, id demum responsi dedit: Ego Pater, persuasissimus sum, non cœnobitis, sed Christo & Apostolis me servire. Et quia ad focum & ignem mihi hærendum (cœnobii cocus erat) assiduus cogitationibus ignes illos æternos volvo. Hoc lacrymas ciet.

Cogitatio prorsus saluberrima, inferorum rogos, damnatorum fletus animo versare. Illic, inquit Cyrilus, ingemiscunt assidue, nec ullus miseretur, clamant de profundis, & nemo flebitur: lamentantur, & nullus eripit. Hæc lamenta præcogitando caventur.

§. VI.

Miserunt olim de monte Nitria religiosissimi viri complures, junctisque precibus Macarium rogaverunt, ingenti plurium desiderio id daret, & in Nitriam veniret, alioquin sciret, subito plurimorum adventu se obruendum, si venire cunctaretur. Persuaderi se passus Macarius non distulit venire. Hic omnes primum aspectu tanti viri oculos pascere, dein & aures satiare velle.

Itaque unâ omnes Macarium rogant, adderet hanc gratiam, & audiendi avidissimos ad virtutem horraretur. Expectabantur grandia. At Macarius non verbis, sed lacrymis orsus dicere: Plotemus, inquit, & lacrymas, ô fratres, nostri oculi producant, antequam hinc emigremus, ubi lacrymæ comburant corpora. Hoc orationis exordium, hoc narratio, & confirmatio, hoc epilogus fuit. Quæ quidem brevis, sed seria cohortatio sic omnium animos percelluit, ut cuncti lacrymis perfusi, in terram procumberent, dicerentque: Pater, ora pro nobis.

Rem dixit Macarius: Lacrymæ, dum vivimus, lacrymant; post mortem, cruciant; hic sordes abstergunt, illic rû fructus fontes

Voluptas est glacies fallacissima & candida.

Proverb. 1. vit: nemo audit. Vocavi, ait, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret; despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis; Ego quoque in interitum vestro ridebo.

Pelagius in corpore lib. 3. m. 9. apud Ros. apud.

De damnatorum rogo Caput IV.

153

§. I.

fontes ambulant. Ibi erit fletus, & acerbissima cum A
dæmonum tum damnatorum comploratio. Fingamus
quoscumque aurium cruciatus, clamores hominum, la-
tratus canum, luporum ululatus, mugitus boum, rugi-
tus leonum, aliarum bestiarum fremitus, fragores nu-
bium, dejectus aquarum, & quidquid inamenum au-
ribus fingi potest, ah quàm id omne nihil est ad Orci-
anæ plebis desperatissimum fletum, cuius auctarium
est stridor dentium.

Huc adfunt qui odio invidiæque æstuant, qui leviter
læsi tinguntur, qui dentes velut apri acunt, & denti-
bus infrendunt: hic in damnatis suos agnoscant mores.
Vates regius monet: *Observabit peccator justum, & stri-
debit dentibus super eum.*

Psalm. 36.
vers. 12.

In hac vita
alter in al-
terius exi-
tium colli-
cat.

Invidio-
res dam-
natorum
inducunt.

Vitam nostram inspicere, videbis quomodo alter in
alterius exitum attentissimis oculis collineat. Sed quas
demum utilitates hinc sequimur? Unum hoc spectamus,
ut quâ parte patet adversariis, eâ ictum inferamus cer-
tissimum: lædere, obesse, perdere conamur. Hoc inex-
plebile odium, hoc insatiabilis agit invidia. Et velut can-
es, cum rixantur, dentes retegunt; ita nos canini ho-
mines, aut inhumani canes inter nos agimus, & non-
nunquam de ossæ calvo altercamur.

O Invidi, odiisque exacerbati, quid Stygios canes
emulamini, cur mores damnatorum induitis? Ibi, ibi erit
fletus, ibi stridor dentium. Quisquis æternum illud Væ
capit, invidiam omnem ac odium ponit; illud mente
memori volutans: Nec oculus vidit, nec auris audivit,
quæ Deus preparavit deserentibus se. In Tartaro fletus,
in Paradiso concentus erit, quem nulla unquam auris
audivit. Tui arbitrii nunc est, aut illum fletum, aut hunc
concentum incipere. Aut hunc, aut illum nunquam
fines.

CAPUT IV.

Tertium, Æternitatis Tartaræ tormentum FAMES.

ERhetorum scholâ optimus magister Quintilianus
dicere non est veritus: *Felix pestilentia, felix præliorum
strages, denique omnis mors facilis. Fames aspera, durissima ne-
cessitudo, deformissima malorum.* Infandum malum sit
necesse est ad quod mala maxima in pretio haberi pos-
sint: Talis est Quintiliano fames, inter maxima mala,
non indignum sceptro malum. Nec sine ratione hoc as-
seruit. Siquidem tam è veteri quàm recenti historiâ li-
quet, extremâ & letali fame hominem eò furiarum
subinde redigi, ut suas ipse carnes avidissimis dentibus
discerpat, & corpus infelix alat minuendo corpus. Ze-
no Imperator hoc fecit, prius sepultus quàm mortuus.

Quintil.
dilect. 12.
§. 21. med.

Fames in-
ter maxi-
ma mala
reputatur.

Disque Cas-
sarem, vid-
etur. §. 91. ex
Lamodio,
Amara, &c.

Fames ter-
ribilis apud
infimos
malum.
Psalm. 38.
vers. 7.

Itane verò novemdialis Fames, tam acerbum leti
genus, ut ad illud mors omnis inter mitiora supplicia
referri possit? Quid igitur fames decennalis, quid sæcu-
laris; quid fames mille, aut millies mille annorum erit,
cui nec micula, nec guttula solatio erit, nec esse poterit,
cui res & spes omnis est adempta? De hac verissimè
dixerim: *Durissima necessitudo, deformissima malo-
rum Fames.*

Hoc furibundum malum, Æternitatis illius luctuo-
sissima Tertium est tormentum. Minatus jam olim
hoc supplicii propheta: *Famem, inquit, patiens ut canes.*
Ille quidem miserimus est, cui cum cupit edere, quod
edat, non habet: sed ille longè miserior est, qui semper
cupit edere, quem furibunda stimulat fames, sed quod
edat, nec habet, nec habebit unquam. Atque, quod
amplius, quem non tantum fames extrema, sed & sitis
vehementissima cruciat. Talis est fames sitisque dam-
natorum. De his hoc capite disserendum.

Inatur Christus sermō: *Væ vobis, qui saturati estis, Luc. cap. 66*
quia esurietis. Ea vos fames opprimeret, quæ non
unius diei, aut mensis, aut anni sit; nec cui plurima, sed
eui desint omnia. Nemo miculam, nemo dabit guttu-
lam, nec dare poterit. Priorum delictorum memoria
tormentum erit, & accendet famem, ut gulæ noxam
comitetur gulæ pœna, & suum delicto respondeat sup-
plicium, teste Sapienciâ, *Per quæ peccat quis, per hæc & Sap. cap. 11.*
torquetur.

Varie prorsus delinquit gula. Primò quidem cum
nimium cibi potusque ingeritur, vel reclamante stoma-
cho, qui sapissimè non inediam queritur, sed nimiam
sagenam. Sunt autem & stomacho sua verba, sunt &
clamores. Quoties is indignatur, & ructu frequenti cla-
mat: *Obruor, succumbo, destruo, pereor.* Nimis be-
neficiis enecor: refocillari vellem, non farciri, ali, non
opprimi, non ego cibo, ut culcitra tomento implendus
sum. Hæc mihi benevolentia magis officit, quàm odium
& inedia. Hæ stomachi querele sunt. Chrysothomi di-
ctum est: *Quod necessitatem in edendo excedit, id non ali-*
mentum, sed pestis est. Satietas morborum omnium origo. Hæc
prima gulæ noxa est, nimium refecti.

Altera, cibi adeo delicatis aut pretiosis inhiare, ut
necesse sit, omne perferutari profundum, & conchyliis cibis in-
ultimi maris ex ignoto littore eruere. Ultra Phasim capi
volunt, quod ambitiosam popinam instruat. Quod dis-
solutus delictis stomachus vix admittat, ab ultimo por-
tatur Oceano. Gula omnia nota fastidienti undique
convehitur; Orbe toto conquiritur epulæ, & quantò
quid carius est, tantò magis sapit, uti Alagabalus Impe-
rator, mari vicinas nunquam piscem comedit. Hi fa-
mem longè maiorem habent quàm ventrem. Vomunt
urbibant, bibunt ut vomant, & epulas quas Orbe toto
conquirunt, mox eadem viâ rejiciendas ingerunt.

Sed notes velim, illud etiam delicatum ac preciosum
cenferi, licet in se vilissimum sit, quod à gulâ plurimum licatū cen-
desideratur. Hinc fieri potest, ut iste gravius delinquat
fungs edendis, quàm ille perdice aut Phœnicopteri
linguâ. Elau non ob aleem gallinam, aut spadonem
capum, sed ob lentis edulium avidè nimis appetitum
reprehensus est.

Tertia gulæ noxa, symposiis ac conviviis nimium & 3. Cōvivis
temporis & nummorum tribuere. Apud plurimos in nimium
Orbem eunt convivia, ut inter Jobi filios, & hi vix ullos
per annum dies à comestationibus liberos numerant;
mora vivunt bacchanalia.

Solent subinde liberis parentes vaticinari: *Væ tibi
puer, ubi in exteris regiones amissus, delictis domesticis
carebis: quàm insuetus eris laboris & penuriæ? Haud
secus his obijciendum: Væ vobis, qui quotidie saturati
estis, quàm insolentes eritis famis & jejunii?*

Quartum gulæ vitium, jejuniorum leges temerè vio-
lare, aut certè ad arbitrium suum explicare. Hinc sæpius
quadragintadiale jejuniū, in decem aut viginti die-
rum temperantiam mutatur. Multi jejunos se credant,
cum non sunt ebrii. Eò rerum devenimus, ut solis pœnè
religiosis familiis jejunii leges videantur. Ceteri,
benignissimi harum legum interpretes, semper aliquid
causarum habent, ut exleges sint. At medicus, inquis,
& confessorius jejunii legibus me solverunt: Nimium
tuis verbis persuasi; aliter, puto, judicaturi, si minus di-
sertum, aut magis inopem haberent reum.

Quintum gulæ crimen, Ebrietas, plurimorum vitio-
rum origo, & omnium viciorum periculosissimum, id-
que ob hanc rationem. Ebrius si subito lapsu aut mor-
bo (quod non infrequens) mortem habeat vicinam,
miser nec de noxis dolere, nec animum ad conditorem
erigere potest; ita letali culpâ oppressus & fati sui igna-
rus ad Æternitatem rapitur, Ah Mortis & dæmonis
mancipium!

Quartum gulæ vitium, jejuniorum leges temerè vio-
lare, aut certè ad arbitrium suum explicare. Hinc sæpius
quadragintadiale jejuniū, in decem aut viginti die-
rum temperantiam mutatur. Multi jejunos se credant,
cum non sunt ebrii. Eò rerum devenimus, ut solis pœnè
religiosis familiis jejunii leges videantur. Ceteri,
benignissimi harum legum interpretes, semper aliquid
causarum habent, ut exleges sint. At medicus, inquis,
& confessorius jejunii legibus me solverunt: Nimium
tuis verbis persuasi; aliter, puto, judicaturi, si minus di-
sertum, aut magis inopem haberent reum.

Quintum gulæ crimen, Ebrietas, plurimorum vitio-
rum origo, & omnium viciorum periculosissimum, id-
que ob hanc rationem. Ebrius si subito lapsu aut mor-
bo (quod non infrequens) mortem habeat vicinam,
miser nec de noxis dolere, nec animum ad conditorem
erigere potest; ita letali culpâ oppressus & fati sui igna-
rus ad Æternitatem rapitur, Ah Mortis & dæmonis
mancipium!

Quintum gulæ crimen, Ebrietas, plurimorum vitio-
rum origo, & omnium viciorum periculosissimum, id-
que ob hanc rationem. Ebrius si subito lapsu aut mor-
bo (quod non infrequens) mortem habeat vicinam,
miser nec de noxis dolere, nec animum ad conditorem
erigere potest; ita letali culpâ oppressus & fati sui igna-
rus ad Æternitatem rapitur, Ah Mortis & dæmonis
mancipium!

§. 2. 174